



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Liber Officialis Seu Agendorum Pastoralium S. Trevirensis Ecclesiae

Johann Hugo <Trier, Erzbischof>

Mogvntiae, 1688

Benedictio tegumenti altaris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75322)

v. Dominus vobiscum.

ry. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, majestatem tuam supplices deprecamur, ut vasculum hoc, pro corpore filii tui Domini nostri Jesu Christi, in eo condendo fabricatum, benedictionis tuæ gratiâ dicare digneris. Per eundem Dominum &c.

ry. Amen.

Deinde aspergit illud aquâ benedictâ.

**BENEDICTIO TEGU-
MENTI ALTARIS.**

v. Deus in adjutorium &c.

ry. Domine ad adjuvandum &c. **G**loria patri &c.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui fideli famulo tuo Moyse præcepisti, ut duos Cherubin super arcam testamenti collocaret, quam extensis ad alterutrum alis protegerent: quæsumus ineffabilem clementiam tuam, ut hoc tegumen venerandi altaris tui ad honorificentiam nominis tui compactum, placidus ac misericors illustratione vultûs tui bene **+** dicere & sancti **+** ficare digneris. Per Dominum nostrum &c.

ry. Amen.

v. Do-

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Postea aspergit aquâ benedictâ.

**BENEDICTIO DOMUS
NOVÆ**

Bo

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum & terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Te Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo, & habitatoribus ejus ac rebus; ut eam bene **✠** dicere & sancti **✠** ficare, ac bonis omnibus ampliare digneris: tribue eis, Domine, de rore cœli abundantiam, & de pinguedine terræ, vitæ substantiam; & desideria voti eorum ad effectum tuæ miserationis perducas. Ad introitum ergo nostrum, bene **✠** dicere & sancti **✠** ficare digneris hanc domum, sicut benedicere dignatus es domum Abraham, Isaac & Jacob: & intra parietes domus istius Angeli tuæ lucis inhabitent, eamque & ejus habitatores custodiant. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Deindè aspergat aquâ benedictâ.

M m 2

BE